gi non potest: ⁊ tñ significat cū successio sit nomen si-
gnificat p modū habitus ⁊ quietꝫ. modus gͦ significā-
di huiꝰ qꝛ dicitur successio nō corñdet aliquid in re.
¶ Ideo aliter dicit ad argumētū qꝛ motꝰ potest dupli- Alia solutō
citer ꝯsiderari aut scđꝫ essenciā ⁊ sic oēs ptes habēt
quādā similitatē in pꝛimo. scilꝫ motu ⁊ sic sibi attribuit
racō pmanētꝫ ⁊ sic significat p nomē. ¶ Alio modo
potest ꝯsiderari scđꝫ qꝛ oēs eius ptes sūt in fieri ⁊ suc-
cessiue ⁊ sic significat p verbū vñ qñ vniꝰ rei sūt due
ppꝛietates/si ꝯsiderat sub vna ppꝛietate potest vnū
nom̄ sibi imponi ⁊ sub alia ppꝛietate potest aliud no-
men sibi imponi. vnde cū motꝰ habeat duplicē ppꝛi-
etatē vnā scđm qđ in se est quid vnū indiuisū ⁊ ab ali-
is diuisū ⁊ aliā scđm qđ partes eiꝰ ꝯsistunt in fieri/po-
test diuersimode cōsiderari ⁊ cū đꝛ diuerse ppꝛietates
⁊c̄. dicendū qꝛ impossibile ē oppositas ppꝛietates esse
in eadē re sub vna ⁊ eadē rōne ꝯsiderata: sꝫ sub alia ⁊
alia rōne ē hoc possibile. ¶ Contra. qñ res intelligit Obiectio
alit̄ qꝫ est: false ītelligit̄: sꝫ motus sp est ī fieri ⁊ succes-
sione/gͦ si aliter ꝯsideretur false ītelligit̄. ¶ Ad illud Nota bene solutionē
dicendū est qꝛ ītelligere motū eē sine successione ē fal-
sum ītelligere/tñ ītelligēdo motū nō ītelligēdo succes-
sionē nō est falsū ītelligere vnde ītelligere rē alit̄ qꝫ est
est incōueniēs ītelligendo/tñ rē alio modo qꝫ est. non ē
incōueniēs: qꝛ res existit pticularit̄ ⁊ tñ intelligit̄ vni-
uersalit̄. ¶ Ad terciū dicendū ē eodē modo cū arguit̄ Ad terciuꝫ argumētū.
de tēpoꝛe. ¶ Ad quartū dicendū qꝛ res nō est pcisa cau- Ad quartū.
sa veritatꝫ ⁊ falsitatꝫ: qꝛ sic eēt hec vera albū est albedo
cū eadē res significet p subiectū ⁊ pdicatū. vñ ad ve-

ritatē simul cū idēptate rei requirit mod⁹ significādi
ɜueniēs: sʒ motus significādi est p̄cisa causa ɜgruita
Ad quintū. tis ꝛ incōgruitat. ꝛ ꝑpterea nō tenet ꝑporcio. ¶ Ad
quintū dicēdū. ꝙ res potest dupliciť ɜsiderari aut sub
vna ꝑprietate aut sub diuersa vn̄ vni rei sub vna ꝑ-
prietate nō possunt ɜuenire diuersi modi significādi
vni: tn̄ rei penes diuersas ꝑprietates bn̄ possunt cō-
pete diuersi modi significādi essēciales ꝛ accidētales
vn̄ significatū hui⁹ ꝙ dico amor. scdm ꝙ significat p
modū pmanēt ponit nomē. ꝛ scdʒ ꝙ significat p mo
dū flux⁹ ꝛ fieri ponit verbū. ꝛ scdʒ qđ ɜsideretur p mo-
dū act⁹ vniti substātie est participiū vn̄ diuersi modi
significādi requirūt diuersas ꝑprietates rei sicut con
clusit argumentū. ¶ Ad sextū dicendū. ꝙ cui⁹ est cōsi
Ad sextum. derare effectū sub rōe sub qua est effect⁹ est ei⁹ ɜsidera-
re causā sub rōe qua causa: sed gramatic⁹ nō ɜsiderat
modos significādi sub rōne qua sūt effect⁹ rei extrinsi
Alia solucō ce: sʒ scdm ꝙ principia sūt ɜstructionis. ¶ Aliter dici-
tur ꝙ gramatic⁹ ɜsiderat modos significandi pse ꝛ res
per accidēs methaphisic⁹ aūt ɜsiderat res pse. ꝛ prop
terea dicitur artifex realis sʒ gramatic⁹ nō dr̄ artifex
ad septimū realis: qꝛ nō ɜsiderat res nisi p accidēs. ¶ Ad septimū
dicendū. ꝙ cuilibʒ modo ītelligēdi aliqđ corn̄det in re:
qꝛ natura significata p t̄minū comunē licʒ plurificet
scdʒ ꝙ in plurib⁹ īdiuiduis existit ꝛ hoc p pricipia indi
uiduātia illa tn̄ pricipia īdiuiduātia nō ptinēt ad essē
ciā nature. ꝛ ꝑpt̄ea ītellect⁹ potest ītelligere illā natu
Ad octauū rā nō ītelligēdo accidētia illa. ¶ Ad aliud dicendū. ꝙ
maior ē falsa qꝛ ītellect⁹ nō īponit vocē ad significā-
dū nisi scdʒ ꝙ mouet ab aliq̄ ꝑprietate rei ꝛ ꝑpter hoc
modi significādi quos ītellectus attribuit voci sumū

cur in re. ¶ Ad nonā dicendū. q possibile ē aliqd signi
ficare alio modo q̄ ē in re: et tn̄ potest aliqd tali modo si-
gnificādi i re corn̄dere. ¶ Ad decimū dicendū. q acci-
dens potest dupliciter ɔsiderari aut scdʒ q ē passio sub-
stātie et sic debet sibi modꝰ essendi quo iclinat ad sub-
stātiā a quo accipit modꝰ significādi actiue cōcretiue
¶ Alio modo potest ɔsiderari scdʒ q sua ēencia ē aliqd
extractū a substātia. et sic sibi debet modꝰ eēndi quo i-
clinat ad substātiā a qº accipit modꝰ significādi sub-
stātiue. vn̄ modꝰ significādi nōis abstracti sumit ab
aliqua ꝓprietate i re. vt ab illa q̄ ē accidēs in se ē aliqd
distinctū a substātia scdʒ suā ēenciā. ¶ Ad xi. dicendū
q modo significādi ipius v̄bi aliqd in re corn̄dʒ. et tūc
cū arguit q actꝰ ē vnitꝰ substātie. dicendū q modo si
gnificādi ipiꝰ v̄bi nō repugnat q actꝰ sit vnitꝰ substā
cie: qꝛ p modū distāc nichil aliud itelligit q̄ q verbū
nō potest cadere i idē cū supposito respctū appositi qd
tn̄ est verꝝ de ipō pricipio vn̄ nō significat p talē mo-
dū significādi: qꝛ actus sic est separatꝰ a supposito qꝛ
ibi nō sumit modus a distancia ꝓ distancia locali: qꝛ
tūc bene cōcluderetur argumētum.

Ad nonum

Ad decimū

Ad xi. et vlti mū argu.

Utrū modi significādi accidentales causant a modis significādi eēncialibꝰ. Et
videtur q sic qꝛ primū in vno quolibʒ genere est cau-
sa oīm posterioꝝ sicut caliditas in igne est causa oīm
calidoꝝ: sʒ modi significādi essēciales sūt priores mo
dis significādi accidētalibꝰ gº modi significādi ēenci
les sunt causa/ gº etc̄. ¶ Itē qn̄ aliqua duo cōparant ad
aliquē effectū tanq̄ cause. ita q vnū comparetur ad
effectū sicut causa scda illud causatur a causa prima

Primū argumētum.

sed modi significādi essenciales ⁊ accidētales ꝯparā‑
tur ad vnū effectū vt ad cōstructionē. ⁊ modi signifi‑
cādi accidētales ꝯpanť ad illū effectū tāq̄ causa scda:
qꝫ modi significādi accidētales nō sūt cause ꝯstructi‑
onis nisi ꝑ modos significādi eēnciales sicut gͦ causa
scda causať a pꝛima causa. sic modi significādi acci‑
dētales causanť a modꝭ significādi eēncialibꝰ.

Terciū argumētum.

¶ Itē quicq̄d est causa cause ē causa cāti: sꝫ modꝰ significā‑
di eēncialis est causa ꝑtis. gͦ ē causa oīm ipaꝝ cōseq̄n‑
ciū ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns oīm modoꝝ significādi accidentaliū.

Quartū argumētum.

¶ Itē ꝑ aristotelē scdo phisicoꝝ ars imitať naturā i‑
quātū potest. gͦ sic est in cōposito naturali q̄ foꝛmať
est causa oīꝫ accidētiū ipsius ꝯpositi. sic erit in ꝑte oro
nis: qꝛ illud qd̄ est foꝛma ipsius ꝑtꝭ erit causa oīm ac‑
cidenciū ꝑtis ipsius: sꝫ modꝰ essencialis significādi est
causa oīm accideniū ipiꝰ ꝑtꝭ ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns oīꝫ modoꝝ si‑
gnificādi accidētaliū.

Quintū argumētum

¶ Itē sicut se hꝫ effectꝰ ad effe‑
ctū ita se hꝫ causa ad causā: sꝫ significatū ē causa ve‑
ritatꝭ ⁊ falsitatꝭ. ⁊ modi significādi accidētales sunt
causa ꝯgruitatꝭ ⁊ incōgruitatꝭ: sicut gͦ se hn̄t ꝯgruū ⁊
incōgruū ad veꝝ ⁊ falsū. sic se habēt modi significādi
accidētales ad significatū: sꝫ cōgruū ⁊ incōgruū non
p̄supponūt verū ⁊ falsū. gͦ modi significādi accidēta
les non p̄supponūt significatū. ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns a significa
to nō causāť: sꝫ nō ē aliq̄d a qͦ possūt causari modi si
gnificādi accidētales nisi modi significādi eēnciales
gͦ ⁊c̄.

Oppositū.

¶ Ad oppositū: causa ē illud ad cuiꝰ esse necessa
rio seq̄tur aliquid. ita q̄ posita causa necessario poniť
effectꝰ. si gͦ modi significādi accidētales causātur a
modis eēncialibꝰ seq̄reť q̄ posito modo significandi

essenciali necessario ponerētur oēs modi significādi accidētales: sꝫ hoc ē incōueniens qꝛ verbū impsonale nō diceret verbū. ¶ Item illud nō est causa alteri⁹ ad cui⁹ diuersitatē nō seqtur diuersitas alterius: sꝫ ad diuersitatē modi significādi essencial' nō sequit diuersitas modoꝝ significādi accidētaliū: qꝛ diuersi sunt modi significādi essenciales in diuersis ptib⁹ ōronis que tñ habēt eosdē modos significādi accidētales .s. gen⁹ casus ꝛ huiusmodi. ¶ Ad questionē dicendū ꝙ modi significādi essenciales nō sunt ꝯpleta causa modoꝝ significādi accidētaliū aliquo tñ modo sūt causa ratio p̄rimi ē. effect⁹ comuīs reqrit causā comunē: qꝛ p aristotelem primo posterioꝝ si passio sit vniuoca ꝛ subiectū erit viuocū. ꝛ si passio anologa subiectū anologū sꝫ vnus mod⁹ significādi accidētal' repitur i diuersis ptib⁹ scdꝫ speciē. si g° modi significādi eēnciales sint ꝯpleta causa modoꝝ significādi accidētaliū i diuersis ptib⁹ esset aliqs vn⁹ modus essencial' a quo causaret talis mod⁹ accidētalis: sꝫ nūc est ita ꝙ modus significādi essēcial' est illō q° formalit ps ōrōis dꝛ esse ps ꝛ sic diuersi modi significādi eēnciales sūt pricipia diuersaꝝ ptiū: sꝫ vn⁹ mod⁹ eēncial' est pricipiū vni⁹ pt; ꝛ ita sequeret ꝙ oms ille ptes in qb⁹ cōtingit vnū modū reperire significādi accidētalez eēt vna ps ꝛ hoc est impossibile. ¶ Ratio scbi est. mod⁹ significādi essencialis est principiū formale ptis ōronis: sꝫ qdquid ē causa cause est causa causati: cū g° mod⁹ eēncialis ē causa part; est causa oīm accidētiū ei⁹. ꝛ p ꝯseqns oīꝫ modoꝝ significandi accidentaliū, sed nō est ꝯpleta causa vt pri⁹ probatū est. vnde dicendū ꝙ causa materialis

modoꝝ significādi accidētaliū est ꝑs orōnis simul cū modo significādi essenciali causa finalis est expressio sicut ꝑ sermonē cōgruū causa aūt efficiēs est ipe intellect⁹: qꝛ ab itellectu est vox significatiua ⁊ ꝯsignificatiua. ¶ Ad primū argumētū dicendū. ꝙ prius ⁊ posterius dicūt ordinē sed aliqͣd ordinari potest esse dupliciter ita ꝙ sit primū in ordine prioritate causalitat⁊ sicut calidū in igne est primū respectu oīm calidoꝝ ⁊ qđ sic est primū in aliquo genē necesse est ꝙ sit causa oīm posterioꝝ in eodē genere. aliomodo aliqͣd est primū in actione ipius intellect⁹ sicut modi significādi essenciales primo attribuūtur ipi voci ꝑ intellectū. et postea sibi attribunt̄ modi significādi accidētales ⁊ quod est sic primū non opportet ꝙ sit causa oīm posteriorū in eodē genere. ¶ Ad aliud dicendū maioꝛ ē vera qñ effectus essencialis hꝫ ꝯparationē ad primā causā: sed sic se nō habꝫ modus significādi accidental' respectu modi significādi essēcialis: qꝛ quidē sunt modi significādi accidētales sñ quib⁹ nullomō potest fieri ꝯstructio ¶ Aliter dicit̄ ꝙ scđa causa aliquo modo causat̄ a prima: sꝫ nō opportꝫ sp ꝙ causa prima sp sit cōpleta vel ꝑcisa causa ⁊ ꝑ idē apparet. ¶ Ad argumētū dr ꝙ illđ ꝙ ē causa causati. oꝛ ꝙ aliq° modo sit cā oīm accidentiū ei⁹ sed nō oꝫ ꝙ sit cā ꝑcisa. ¶ Ad aliud argumētū đr ꝙ forma adueniēs ꝯposito ē causa oīm accidenciū que sunt ab intrinseco sicut forma hoīs est causa risibilitat⁊ i hoīe: sꝫ nō est causa oīm accidentiū que veniunt ab extrinseco: sꝫ modi significādi accidētales ab extrinseco adueniūt ad ꝑtes orōnis. ⁊ ꝓpterea nō opportꝫ ꝙ si modus significādi essencialis sit forma ꝑt⁊ ꝙ sit causa precisa modoꝝ significādi accidētalium.

❡ Ad vltimum apparet in precedenti questione.

Queritur quid sit principiũ cõstructionis verũ significatũ vel modus significandi. videtur q significatũ p pcianũ in scdo vbi dicit bñ dicit doctissim9 ppli. ꝛ p P. H. bñ dr fortissimus gẽtis ꝛ tñ male dicit fortissim9 hois. ꝛ tñ idem est modus significandi vni9 ꝛ alterius dictionis solũ/ g° saluatur congruitas propter significatũ/ g° est principiũ constructõnis ꝛ cõfirmatur p P. H. ibidm sup idẽ hec autẽ amittit cõgrua doctissimus gent9 ppter multitudinẽ in significats similit in principio hui9 hec est congrua. Turba ruunt ppt multitudinẽ significatã p ly turba/ g° ꝛc. ❡ Item illud est causa quo posito ponit effectus et quo remoto remouet ꝛ effectus: sed posito significato est oracõ congrua significato aõt remoto manẽtibus oibus accidẽtib9 est orõ incõgrua/ g° . ꝛc. Minor pz p precian9 in scdo vbi dr precianus sũ pcian9 vocor: qr sũ significat eẽnciã cui9libz ꝛ vocor significat noiationẽ: sz male dr pci9. lego pc. scribo solũ g° est ꝯgruitas ppt significatũ. ❡ Itẽ p pc. in primo oĩs ꝯstructio quã greci sinthesim vocant ad intellectũ vocis ẽ referẽda: sz talis ĩtellect9 est significatũ g° oĩs cõstructio hz referri ad significatũ. ❡ Itẽ dictiones que habẽt idẽ significatũ ꝛ differũt in modo significãdi habent eandẽ ꝯstructionẽ: sz hoc nõ est verũ nisi significata eẽnt pricipia ꝯstructõis/ g° ꝛc. Minor sic simile ꝛ silr habẽt eandẽ ꝯstructionẽ cũ datiuo bñ aut dr suz similis illi: ꝛ tamẽ simil ꝛ similiter differunt in modo significãdi ꝛ nõ ꝯueniũt nisi ĩ significato. ❡ Itẽ ptes ꝯstruuntur adinuicẽ aut ergo rõne significati aut rõne modor significãdi: sz nõ rõe modor significãdi g°

Scdm argumẽtum.

Terciũ argumẽtum.

Quartum argumẽtũ.

Quintũ argumẽtum.

ratione significati. Maior sic quod est distinguens prin
cipiū abinuicē nō est principiū vniēdi eas: sꝫ partes
orōnis distinguūtur p modos significādi. gͦ non vniū
tur sꝫ modus ꝯstructōis ē vnio gͦ modi significādi nō
Sextū arg. sunt pricipia ꝯstructiōis. ¶ Item ꝙ accidētia nō sūt
talia principia. videt̄ q2 accidētia diuersaꝝ pciū sunt
diuersa nūero: q2 ad nūeratiōnē subiectoꝝ seq̄tur nu-
meratio accidētiū: sꝫ que sunt diuersa numero nō sūt
principia vniēdi ea adinuicē in quib⁹ sunt/gͦ accidē
Ad opposi. cia nō sunt pricipia vniēdi ptes orōnis. ¶ Ad opposi
tū per P. H. ꝯstructio attendit̄ penes accidētia cuius
Prima rō. rō est. vbi est discōformitas ī vno accidēte ibi ē incō-
gruitas sicut apparet hec ē ꝯgrua hō currit. ⁊ hec īcō-
grua hominē currit ꝓpter disconformitatē in casu.
Scda racō ¶ Itē diuersoꝝ effectuū diuerse sūt cause: sed veritas
et ꝯstructio sūt diuersi effect⁹/gͦ illoꝝ sūt diuerse cau
se cū gͦ significata sunt pricipia veritat̄ nō erūt pri-
Tercia rō. cipia cōgruitatis. ¶. Itē in ptib⁹ orōnis nō sunt nisi
duo. s. significatū ⁊ modus significādi aut gͦ ꝯstruū-
tur rōne modoꝝ significādi vel significati nō rōne si-
gnificati: q2 tūc vbi esset vnū significatū ibi essꝫ vna
cōstructio. ⁊ sic hec eēt ꝯgrua canē currit sicut illa ca-
nis currit. Si ꝯstruūtur rōne modoꝝ significādi aut
gͦ rōne modi significādi essencialis vl' accidētalis nō
rōne modi significādi essencial': q2 sic eadē esset ꝯstru
ctio penes rectū ⁊ obliquū cū idē si modus significā-
di eēncialis in recto ⁊ in obliquo. dandū ē gͦ terciū. s.
ꝙ ꝯstructio causat̄ rōne modi significādi accidētalis
Rñō quedā ¶ Ad questionē dicendū est. ꝙ significatū et modi si-
gnificādi essencialit̄ req̄runt̄ ad ꝯstructionē ⁊ hoc cō-

firmatur p P. H. dicentē q recta rō ꝯstruēdi nō min⁹ rei q vocis excludit solocismū per rē intelligit significatū p vocē itelligit accidētia vl' modū significādi accidētalē/g° significatū ⁊ accidētia eēncialit reqrunt ad ꝯstructionē p hoc rñdetur ad auctoritates q hec ē ꝯgrua doctissim⁹ ppl'i: q2 hic significat multitudo sub collectiōe. ⁊ illud cū accidētib⁹ sufficit ad ꝯstructionē talis altero aut deficiēte nō erit ꝯstructio. ¶ Ad aliud cū dr̄ significatū p se est causa ⁊c̄. dicit q qn̄ ad aliquē effectū exigūtur duo vt vna causa. altero deficiēte nō erit effect⁹: s3 tūc nō seqtur/g° ē causa sicut p3 p exemplū ad tractionē nauis. xx. hoīes requirunt sic vnū q vno deficiēte nō trahit nauis s3 sic nō v3. g° illud est causa sed ē quodāmodo causa. similit est in ꝓposito. ¶ Ad formā argumēti meli⁹ rñdetur q illud quo posito precise ponitur effect⁹ ⁊ quo remoto remouet effectus est causa: s3 collectio nō ē causa precisa ꝯstructionis s3 collectio cū accidētib⁹. Et cū dr̄ precian⁹ sū precian⁹ vocor ⁊c̄. dicendū est q precian⁹ itelligit q nomē deb3 apponi vt iste sit sens⁹ sū preciani vocor precian⁹. ¶ Contra positionē primā arguit sic. si ꝯgruitas in oratōe attendat ex ꝯueniētia rei ⁊ modor significādi hec ess3 incōgrua hō est asinus: s3 hec est ꝯgrua q2 verū ⁊ falsum p̄supponūt congruū s3 hec ē falsa g° cōgrua: q2 nisi esset ꝯgrua audiens nō iudicaret falsitatē in oīone. ¶ Contra aliud arguit: q2 nō intelligit precian⁹ q nomē d3 apponi ibi: q2 statim ponit differenciā int verba adiectiua ⁊ substātiua. scil3 q adiectiua non ꝯstruant cū noībus nisi p pronoīa substantiua aut nō egent ꝓnoībus q2 significāt substātiā: s3

non intelligit q nomē debet apponi verbo adiectiuo. ergo nec itelligit q pronomē hȝ apponi verbo substātiuo. similit si exprimat pnomē appositi vt si dicam sum pcianus ego. ❡ Ad questionē dicendū est. q constructio formaliter est penes modos significādi: qꝛ p P. H. constructio est cōgrua dictionū ordinatio illud ergo est causa formalis ꝯstructionis q distinguit congruū ab incongruo. sicut illud ē causa formalis hois q distinguit ipm a nō hoie: sȝ accidētia distingūt congruū ab incōgruo: qꝛ hec est ꝯgrua homo currit ⁊ hec incōgrua hominē ⁊ solū distingunt p accidēs. s. casuȝ nec sufficit vnū accidēs ad ꝯstructionē sȝ requirit corñdencia in oībus vt psona corñdeat psone numerus numero ⁊ sic de aliis. in significatū hoc videt pcian9 ⁊ P. H. adiectiuū ⁊ substantiuū in cōstructione cōfirmātur in casu genere ⁊ numero. Ex istꝫ est manifestū q modus significādi est principiū formale ꝯstructionis: sȝ aliud est principiū materiale siue subiectū constructionis ⁊ tale principiū potest dici significatū: qa illud est subiectū resibilitatꝫ qd ridet. illud g° est principiū constructiōis quod construit: sed nec voces nec modi significandi pprie loqndo cōstruūtur: sȝ ipa significata quia propt illud q cōponitur ex singulis diuisibilib9. scilȝ itelligibile est elementū cōstructionis: sed illud quod cōponitur ex singulis diuisibilib9 sunt significata. g° significata cōstruūtur ⁊ p consequens debent poni principia materialia constructionis.

Obiectio ❡ Sed contra sicut se habet proprietas rei ad rem sic se habȝ modus significandi ad significatū: sed pprietas rei potest referri ad vocē significantē absqȝ hoc q

significata referātur ad eandē: sed ex ꝯueniencia mo-
dorū significādi causatur cōstructio. ergo non est ne
cesse quod significata aliquo modo sint principia con
structionis. ¶ Item quo circūscripto remanet Alia
constructio. non est principium cōstructionis sed cir-
cunscripto significato remanz adeo. n. pfecta est ista
nichil est nichil chimera ē chimera sicut hec homo est
homo. ¶ Ad primū istorum dicendū ꝙ proprietas rei Ad primā
est duplex aut scđm ꝙ distinguitur a re cuius est pro- obiectionē
prietas. & sic potest referi ad vocē significantē non ob
stante ꝙ res non referatur ad eandē aut potest consi-
derari scđm ꝙ ꝯparatur ad rem cuꝰ est proprietas. et
sic non potest referri ad vocē significantē. non obstā-
te ꝙ res referatur ad eandē sꝫ modi significādi ex hoc
dicunt̄ ꝙ cōparantur ad significata. & ꝓpterea queli
bet modū significandi p̄cedit necessario significatū.
¶ Ad aliud dicitur ꝙ maior est vera & cum dicitur sic Ad scđam
circūscripto significato &c̄. dicatur ꝙ falsum est. Et
cum sic dicitur nichil est: nichil est pfecta dicenduz est
nichil aliquid significat quia sicut dictū est in questio
ne precedente. Ens potest dupliciter considerari vno
modo scđm ꝙ est res extra aīam et tale ens diuiditur
in decē predicamenta p aristotelē quito metaphisice
et tale ens non significat hec dictio nichil nec aliqua
dictio priuatiua: sed aliquid est ens apud intellectum
et tale ens significat hec dictio nichil & huiusmodi vn
de talibus dictionibus corespōdet suū significatum:
quia si querat̄ est ne aliquis homo cecus bene respon-
detur ꝙ sic: & tamē cecitas non significat aliquā rem
in natura. sed priuationem rei.

Ad primū principale ¶ Ad primū argumētum principale cū arguitur hec est congrua doctissim⁹ gens ⁊ hec nō doctissimus hominis. dicendū q̄ verū est et hoc est ꝓpter quoddā accidens supadditū vt collectio ⁊ nō est significatū: sed cōueniēs significātū. Et cū dr̄ hec admittitur cōgrua turba ruūt in me. dicendū est q̄ admittit̄ figuratiue: sꝫ quātū ad accidētia adeo ꝯgrua est hec hō ruūt sicut ⁊ alia.

Ad scđm ¶ Ad aliud dicit̄ sicut dictū est ī alia questione ⁊ cū dr̄ precianus sū. dicendū est q̄ est incōgrua tn̄ admittitur figuratiue. Et q̄ sit incōgrua ꝓbatur qꝛ hec est incōgrua precianus scribo: qꝛ nomē est tercie persone ⁊ verbū prime ꝑsone ⁊ illa repugnat. ⁊ ꝓpter hoc resultat incōgruitas sꝫ posita causa ponitur effectus cū g° dicēdo precian⁹ sū ē repugnātia ī ꝑsonis illa erit incōgrua nec est dicere q̄ nom̄ debꝫ apponi sicut pri⁹ est arguitū. ¶ Ad aliđ cū dr̄ om̄is ꝯstructio quā greci sinthesim ⁊c̄. dicendū est q̄ duplex est ītellect⁹ gramatici. s. primus ⁊ scđus vn̄ constructio refert̄ ad primū ītellectū vt ad accidētia ⁊ hec sunt causa formalis cōstructōis. Intellect⁹ aūt secūdus ē ipa res ⁊ ad primū intellectū refert̄ ꝯstructio p accidēs. vn̄ dicit P. H. q̄ significata sunt vnita in ꝯstructione p suos modos.

Obiectio. ¶ Sed contra data illa rōne. videtur q̄ in logica nō sit aliqua ꝓpsicio ꝑse: quia illa ꝓposicio nō est perse in qua subiectū ⁊ predicatū vniūtur p accidens. vt sic dicendo homo est aīal: qꝛ non per modos significādi/ ergo illa nō est perse.

Rn̄o ¶ Ad hoc dicendū est. q̄ illa proposicio homo est aīal est ꝑse: qꝛ subiectū ⁊ ꝑdicatū vniuntur ꝑse ī re: sꝫ tn̄ ꝑse nō significāt̄ qꝛ ad hoc q̄ significāt̄ reqrit̄ sermo ⁊ corn̄dn̄a accidētiū vn̄ argumētū

probat bene q non significantur p se et hoc est concedendum: sed tamen hoc stat q sit ppositio p se. ¶ Ad aliud cum dr similie ad simile etc. q licet differunt in modo significandi speciali: tamen conveniunt in aliquo modo generali et in hoc q est significare rem p modum adquisitionis et ppter hoc construit cum datio. Ad quartum

¶ Ad aliud cum dr partes orationis p modos significandi distinguunt etc. Dicendum q verum est: et cum dr ulterius q p modos significandi non uniuntur. dicendum est q illa consequencia non valet quia determinate distinctioni opponitur unio determinata. et non quecumque unio: ut distinctioni scdm speciem opponitur unio scdm speciem: sed distinctioni scdm speciem non opponitur unio in oratione potest enim esse unio constructibilium in oratione licet constructibilia differunt scdm speciem. ¶ Ad ultimum dicendum est q accidentia diversarum specierum sunt diversa numero: consimilia tamen specie et propter hoc possunt esse principium uniendi ea in quibus sunt. unde psona in verbo requirit consimilem psonam scdm speciem in supposito et sic de aliis accidentibus. ¶ Ad argumentum alterius posicionis cum dicit. p. h. q recta ratio construendi non minus rei quam vocis excludit solocismum dicitur q solocismus potest dupliciter considerari uno modo prout causatur ex disconveniencia modorum significandi Aliomodo potest accipi prout causatur ex repugnantia significatorum que causant falsitatem in rebus et hoc ultimo modo intelligit. p. h. ¶ Sed contra ipse dicit q hec oratio est incongrua lapis non diligit filium suum. et tamen nec est disconveniencia modorum significandi nec est falsitas in oratione. ergo non est dicendum q extendat nomen solocismi ad falsitatem in oratione. ¶ Propterea dicitur aliter. q ibi extendit nomen solocismi ad proprietatem que implicatur ad significata terminorum. et tamen intelligit ibi de solocismo scdm q causatur ex disconvenien-

Ad quintum. Ad sextum. ad argumentum alterius po. Obiectio Responsio

cia modoꝝ significādi. Quidā tn̄ dicūt ꝙ p.h. mentit̄ cum dicit recta ratio. ⁊c.

Primū argumētum. Queritur vtrū in verbis prime ⁊ scđe persone itelligit̄ noīatiuꝰ casus. Et videtur ꝙ nō: qꝛ ꝙ itelligit̄ in alio itelligit̄ p suū simile: qꝛ per aristotelē lapis itelligit̄ p suā speciē: sꝫ ī verbo nichil est simile casui recto/gͦ noīatiꝰ casus nō itelligit̄ ī verbo.

Scđꝫ argumentum. ¶ Item si noīatiuꝰ itelligeret̄ in ꝟbo aut hoc esset rōne significati aut rōne modi significādi nō rōne significati: qꝛ tūc oē verbū cuiuscūqꝫ modi daret itelligere noīatiuū. Cū idē maneat significatū in ꝟbo cuiꝰlibꝫ modi nec rōne modi significādi: qꝛ nō rōne modi significādi essencialis qꝛ ille modꝰ est idē verbo cuiꝰlibꝫ modi ⁊ tempis. ⁊ p ꝯseqńs verbū cuiꝰlibꝫ modi ⁊ tempis daret itelligere nomen. nec rōne modi significādi accidētalis: qꝛ psona dat intelligere psonā numerus nūerꝫ. ⁊ simile suū simili: sꝫ nullū accidēs est simile casui recto/gͦ nullū accidēs dat itelligere casuꝫ rectū.

Terciū argumētum. ¶ Item qđ distinguit̄ ab alio nō itelligit̄ in eo: qꝛ in alio intellectū est idē cū eo: sꝫ nomē distinguit̄ a verbo tā in essencialibꝰ ꝙ̄ in accidētibꝰ/gͦ ⁊c.

Quartum argumētū. ¶ Itē qđ est in alio se habꝫ in modo illius in quo est. si gͦ substancia datur itelligi p verbū substātia se hꝫ p modū verbi. ⁊ ita p modū egredietꝫ qđ repugnat substātie.

Quintū argumētum. ¶ Itē per aristotelē in libro pyarme. Omne verbū aliqđ significat sꝫ nō dr̄ verū neqꝫ falsū: sꝫ si noīatiuꝰ esset actualit̄ intellectꝰ verbū significaret verū vel falsum: qꝛ si esset hec ꝯgrua scribo sicut hec ego scribo ꝙ tn̄ negat aristotelis.

Sextū ar. ¶ Item p aristotelē ibidē verba perse dicta sūt similia noībus: sꝫ nullū nomen dat in-

telligere verba g° nec econuerso. ¶ Itē noīatiuus est Septimuz
aggregatiuū ex voce & ꝯceptu cū modo significādi cō
stituēte ip̄z sub tali hitudine casuali: sꝫ qñ ps aggrega
ti nō intelligit totū aggregatū nō intelligit: sed mani
festū est ꝙ vox nō dat intelligere vocē / g° nō dat intel Octauū ar
ligere noīatiuū. ¶ Item si i verbis p̄ime & scđe psone
itelligit noīatiu⁹ / g° in verbis tercie psone: qꝛ verbū
tercie psone nō differt ab aliis nisi i psona. & psona tā
tū dat psonā / g° si noīatiu⁹ intelligit in verbis p̄ime Ad opposi.
& scđe psone. g° in v̄bis tercie psone. ¶ Ad oppositum
est p̄ician⁹ & ratio sua est hec om̄e verbū significat a
gere vel pati ꝙ est ꝓp̄iū substātie. a qua ē nois iposi
to: sꝫ iposito nois est in recto / g° p̄op̄iū est ipsius ver
bi dare itelligere rectū. ¶ Item om̄e verbū significat
per modū dependētꝭ p P. H. sed om̄e dependens dat i
telligere illud ad quod dependet: sꝫ verbū depēdet ad
substanciā / g° dat intelligere substātiā. ¶ Ad questio Rño
nē dicit ꝙ verbū dat intelligere casū rectū non p vnū
accidēs tm̄: sꝫ p oīa accidētia sua q̇ ex oibus accidēti
b⁹ in v̄bo causat. vnū accidēs qđ est rectitudo & illa re
ctitudo est p̄incipiū itelligēdi casū rectā p hoc ad ar
gumētū p̄imū apparet ꝙ casus rect⁹ itelligit p suū si
mile. s. p rectitudinē v̄bi. ¶ Ad scđꝫ dicat. ꝙ nec itelli
git p rōnē significādi pticularꝭ: sꝫ rōne illi⁹ accidētꝭ ꝙ
cātur ex oib⁹ accidētib⁹ pticularb⁹. ¶ Sꝫ ꝯtra a quo Obiectio
cūqꝫ distiguit p̄i⁹ & suū posteri⁹: sꝫ mod⁹ significādi
eēncial' ipi⁹ v̄bi distiguit a causu recto / g° oē accidēs
a casu recto distinguit: qꝛ om̄e accidēs v̄bi ē posteri⁹
suo modo essenciali sicut om̄e accidens est posterius
suo subiecto. qđ g° est in verbo distinguit a casu recto

in verbo. ergo nõ est aliqd q̄ ē principiũ ītelligēdi ipʒ rectũ. ¶ Item apparet a simili q̄ licʒ albedo hoīs ⁊ albedo asini sũt similes: qꝛ tñ distingũtur ī subiecto vnũ nõ dat ītelligere reliquũ g° a simili in ꝓposito. ¶ Item qđ contingit dare aliquid accidēs formale q̄ ē principiũ intelligēdi rectũ in v̄bo materiale: qꝛ ꝑ aristotelē de celo ⁊ mũdo. mlͤte gutte nõ cauāt lapidē sʒ vlťia formaliter lʒ alie coadiuuāt. Similiť. vltima vnitas est causa formalis numeri: sʒ mlͭa requirũť ad numerũ g° a simili licʒ multa accidētia reqrũtur ad hoc q̄ intelligiť noīatiuꝰ oppoꝛʒ ponere aliqđ vnũ accidēs qđ est principiũ formale ītelligēdi nomē. ¶ Item q̄ ꝑsona est principiũ intelligendi nomē. videť qꝛ illud ē causa qua posita poniť ⁊ effectꝰ: sʒ posita ꝑsona ponitur casus rectus et remota ꝑsona remoueť casus rectꝰ. Cũ g° rectitudo in v̄bo sit causa quare ītelligiť noīatiuꝰ remota rectitudine ī v̄bo nõ ītelligiť noīatiꝰ q̄ ē ꝯtra ꝑcianũ. ¶ Ad primũ istoꝝ diciť q̄ si verbũ distiguatur a casu recto noīatiuꝰ dat ipʒ ītelligere: qꝛ accidēs ⁊ subiectũ distingũtur abinuicē: tñ accidēs dat ītelligere subiectũ ⁊ ꝓpterea nõ obstāte q̄ aliqua ratiõe distinguntť abinuicē dũmodo vnũ sit dependēs ad aliud vnũ ꝑ aliud potest ītelligi. ¶ Ad aliud dť q̄ vnũ est accidens q̄ ē principale formaliť intelligēdi nomē cuiꝰ modi ē rectitudo. ⁊ tñ nõ est necesse q̄ idem accidens sit ꝑticulare sʒ q̄ ab oībꝰ accidētibꝰ sit causatũ. ¶ Ad aliud diciť q̄ illa ꝯña nõ vʒ illud est causa quo posita poniť ⁊ effectꝰ ⁊ quo remoto remoueť ⁊ effectꝰ: qꝛ qñ ad aliquē effectũ plura exigũtur remoto vno remouetur effectꝰ: ⁊ tñ nõ vʒ g° est causa: sʒ sicut prius dictũ

Aliud argumentum.

Aliud arg.

Ad primaʒ obiectionē

Ad scđam

Ad terciam

est q̄ oīa accidētia sūt causa intelligendi noīatiuū: qꝛ ex oībus accidētibꝰ in verbo causat vnū accidens qđ est principiū formale ītelligēdi ipm ntm̄. ¶ Ad aliud dr̄ q̄ non dr̄ solū verbū p̄sentꝫ tempis verbū rectū sed siue sit prime psone scđe vel tercie cuiuscūqꝫ modi vl̄ tempis dūmodo hꝫ illa accidētia ex quibꝰ causat illa rectitudo dicit verbū rectū. ¶ Aliter ad questionē dicatur q̄ noīatiuus ītelligit in v̄bo prime psone ꝫ scđe ꝫ etiā in verbo tercie psone: tn̄ differūt p p̄cianū qꝛ in verbo prime psone ꝫ scđe ītelligit noīatiuus diffinitꝰ in v̄bis tercie psone intelligit noīatiuꝰ indifinitꝰ cuius rō est: qꝛ verbū significat agē vel pati qđ est depen dens ad substanciā. ꝫ ex tali dependētia dat intelligere substanciā. sicut ꝓpria passio dat intelligere subiectū suū: sꝫ substanciā significatā sub hītudine tali casuali nō dat ītelligere v̄bū solū rōne significati sui: sꝫ rōne sui significati dispositi accidētibꝰ cuiꝰmodi sūt modus finitꝰ certa psona ꝫ numerꝰ dermīnatꝰ. vnde vno istoꝝ defficiēte nō intelligit casus rectꝰ sicut apparet in v̄bo impsonali ꝫ in verbo infinitiui modi.

Alit ad questionem.

¶ Ad primū argumentū dicendū. q̄ qn̄ aliqua res intelligit p suā similitudinē ītelligit vel p suā speciē qđ idē est: sed tn̄ qn̄ aliqđ datur ītelligi p aliud nō opportet q̄ illđ aliud dat ipm intelligere ꝓpter aliqđ simile sicut aliqđ accidens dat ītelligē substanciā ꝓpter eiꝰ dependētiā ꝫ nō propt̄ aliqua similitudinē ꝫ sic est in ꝓposito. ¶ Ad aliud dr̄ q̄ noīatiuꝰ nō intelligit rōne significati ipius v̄bi solū nec rōne modi significandi sꝫ rōne vtriusqꝫ. ¶ Ad terciū dicendū q̄ licꝫ aliqua duo sunt distincta abinuicē vnum potest dare intelligere

Ad primuꝫ principale.

Ad scđm

ad tercium

aliud dūm° depēdet ad illud sic appet de subā ꝛ accidē
Aliter te. ¶ Ad illud potest alit dici. qꝫ verbū nō dat intellige
re noīatiuū scđꝫ rōnē p quā distinguūtur abinuicē: sed
scđm qꝫ in vbo est aliquid per qđ detminate habꝫ sig-
Ad quartū. nificationē siue inclinationē ad illud. ¶ Ad quartū
dicendū qꝫ substātia nō intelligit in verbo ita qꝫ signi
ficatur p ipm: sꝫ substācia datur itelligi ꝑpter depen-
denciā ipus verbi vnde illud qꝫ significat p verbū sic
se hꝫ p modū ipius verbi. ꝛ ita si substātia esset signifi
cata p verbū si p modū haberet fluxus ꝛ successionis
Obiectio sicut ꝯcludit argumētū. Et si quis dicit hoc vbū est p
p̄c. significat substanciā vni⁹ cui⁹qꝫ substātia g° signi
Solucio ficatur p verbū. ¶ Ad illud dicendū qꝫ hoc vbū est. si-
gnificat esse substātiale cui⁹cūqꝫ qđ loquēdo gramati
ce dr substātia: sꝫ non significat verā substātiā sꝫ sub-
stancia p ipm datur intelligi a quo oritr vel defluit esse
Ad quintū substātiale. ¶ Ad aliud dicendū. qꝫ aristot' itelligit qꝫ
verba p se non significāt verū neqꝫ falsū: sꝫ tn̄ rōne a-
Obiectio licuius sub itellecti vn̄ illa duo nō repugnāt. ¶ Et si
dicit qꝫ noīatiu⁹ nō dat intelligere vbū/g° nec verbū
Solucio noīatiuū. ¶ Dicendū qꝫ nō est simile noīatiu⁹ signifi
cat p modū p se stant. ꝛ nō hꝫ aliqꝫ inclinationē ad ali
qđ ꝯstructibile. ꝛ ꝑpterea nō dat itelligere verbū: sed
verbū significat p modū dependēt. ꝛ ideo dat itellige
re substātiā ad quā depēdet: sed subiectuꝫ sub tali hitu
dine designatū dat intelligē rōne significati dispositi
accidētib⁹ per illud apparet ad aliud. ¶ Ad aliud dicē
Ad sextum. dū est. scđm qꝫ vult p̄c. qꝫ non itelligit noīatiu⁹ vocis
sed noīatiu⁹ rei. Unde licet vox de se nō dat itelligere
vocē: vox tn̄ scđm qꝫ est ꝯsignificatiua alicuius modi

determinati dat intelligere vocē significantē sub mo-
do determinato. ⁊ ita verbū scđm ꝙ significat sub de-
terminatꝭ accidētibꝰ cuiusmodi sūt modus finitꝰ cer-
ta ꝑsona et numerꝰ detminatus dat intelligere vocē
significantē substātiā sub hītudine casuali noīatiua
¶ Ad septimū dicendū. ꝙ in ṽbis tercie ꝑsone intelli- Ad vltimū.
gitur noīatiuꝰ sicut in verbis prime ꝑsone ⁊ scđe: sed
diuersimode sicut patet in posiᵒne vnde verbū tercie
ꝑsone dat itelligere orōnē ꝯgruā sicut ṽbū prime ꝑso-
ne ⁊ scđe nō tñ dat intelligere ꝑfectā orōnē: qꝛ dant in-
telligere noīatiuū infinite substātie sicut aliqđ vł ille
vel iste: qꝛ nullū certū suppositū significat ⁊ ꝓpterea
verbū tercie ꝑsone nō generat ꝑfectā sententiā in aīo
auditoris. ¶ Contra ita potest argui. si noīatiuꝰ itel- Obiectio.
ligitur in verbo tūc expresso ntō erit nugatio sicut di-
cendo ego scribo qꝛ noīatiuꝰ extra ponitur ⁊ nō in ver-
bo intelligit̄ ⁊ ita bis dr̄ sed hoc est incōueniēs. gᵒ ⁊c̄.
¶ Ad illud diceret aliquis ꝙ noīatiuo expresso nō am- Euasio
plius intelligit̄: qꝛ ꝑ p̄ṽc. qđ semel intelligit̄ nō iterū in-
telligitur. ¶ Sed ꝯtra manēte causa manet effectus: Obiectio
qꝛ causa īfert effectū sꝫ eadē causa intelligēdi noīati-
uū manet in ṽbo post expressionē eius ⁊ ante: qꝛ idm̄
significatū manet ⁊ modi significādi q̄ sūt causa itel-
ligēdi ntm̄ sicut gᵒ itelligit̄ ante expressionē ⁊ sic post
¶ Itē arguit̄ ꝑ a simile hic est nugatio homo aīal ⁊ li-
cet aīal exprimit̄ adhuc in hoīe intelligit̄: qꝛ aliter nō
esset nugatio gᵒ a simili si noīatiuꝰ itelligitur in ṽbo
debꝫ intelligi in eo ⁊ si exprimatur. ¶ Ad primū istoꝝ Ad primaꝫ
dicendū ꝙ quādo nominatiuꝰ exprimitur non ampli- obiectionē.
us intelligitur sicut dictū est: qꝛ sicut materia est potē-
tia ad diuersas formas et adueniēte vna forma non

ē materia ī potētia ad illā: et tñ manet eadē materia sed alio modo ⁊ alio qꝛ nūc est determinata ⁊ prius in detminata. Consimilit̄ verbū dat ītelligere ntm̄ propter suā dependētiā ⁊ expresso noīatiuo determīatur sua dependētia ⁊ ꝓpter hoc nō dat ītelligere noīatiuū ⁊ tñ manet idē verbū sub alio tñ modo significādi vñ non est eadē causa intelligēdi noīatiuū in vbo. expsso noīatiuo ⁊ āte ei⁹ expressionē. ¶ Ad aliud dicendū. q̄ quedā cadunt primo in ītellectu alicui⁹ ⁊ aliqua ex cō seq̄nti. vñ ea q̄ cadunt in ītellectu alicui⁹ ipis expssis adhuc intelligūt̄. ⁊ sic aīal cadit in ītellectu hoīs ⁊ ꝓpter hoc ⁊ si exprimat̄ adhuc in hoīe ītelligit̄. ⁊ ita erit hic nugatio homo aīal sed ea q̄ intelligūtur ex ꝯseq̄nti ipis expssis non intelligūtur: qꝛ nō manet eadē causa intelligēdi ipa q̄ prius fuit ⁊ sic intelligit̄ no⁹ in vbo.

Queritur vtrū noīatiuus casus noīs vel ꝓnoīs intelligit̄ in vbis prime et scđe ꝑsone. Et q̄ nō noīatiuus ꝓnoīs videt̄ qꝛ noīatiu⁹ pronoīs non est sine modo specifico ipius ꝓnoīs qđ g° nō dat ītelligere modū significādi speciecū ipius ꝓnoīs non dat intelligere nomen eiusdē: sꝫ verbū nō dat intelligere noīatiuū specificū ꝓnoīs qꝛ vbū ⁊ ꝓnomē ꝑ suos modos distingūtur. g° vbū nō dat intelligē ntm̄ ꝓnominis. ¶ Item ille noīatiu⁹ intelligit̄ in verbis prime ⁊ scđe ꝑsone q̄ añ inuētionē ꝓnoīs intelligebat̄ sed talis nō est noīatiu⁹/g° ⁊c. Maior ꝓbatur qꝛ posita causa ponitur ⁊ effectus: sed causa quare noīatiu⁹ intelligit̄ in verbis sūt significatū ⁊ modus significādi. cū g° idē erat significatū ⁊ mod⁹ significādi in verbo ante inuētionē ꝓnoīs et post illud noīatiuus erat

Primū argumentum.

Scđm argumētum.

intellectus ante pronois imposicionē et post minor sic illudq non ē in alio nō intelligit sz pnominū aute ei⁹ inuētionē nō erat. g° añ ei⁹ iuētionē nō itelligebatur in vbo. ¶ Item solū ille noīatiu⁹ intelligit in verbis prime et scde psone qui significat substanciā. a qua est nois imposicio: qr p precianū verbū significat agere vel pati qd est pprium substātie. a qua ē nois iposicio et pprium dat itelligere cui⁹ ē pprium: sz ntūs nois significat substātiā. a qua ē nois iposicio et nō ntūs pronois g° et c. ¶ Item ille ntūs itelligit qui significat substanciā a qua act⁹ potest egredi: sz a substātia significata p pronomē nō potest act⁹ egredi: qr actus nō egredit nisi a substātia qualificata: sz pnomē significat merā/g° et c. ¶ Ad illud dr q substātia significata p pnomen adqrit sibi qualitatē mediāte relatione et demonstratione. et pptera a tali substātia potest act⁹ egredi mediāte relatioe et demōstratiōe. ¶ Sz ḡtra hoc arguitur agē vel pati est pprium substātie. a qua ē nois iposicio sz talis substātia hz qualitatē intrinsecā: sz substācia significata p pnomē nō hz qualitatē intrinsecā sz extrinsecā. g° agē vl' pati nō est pprium substātie significare p pnomē. et p ḡsequēs ntūs qui talē substanciā significat in vbis nō itelligit. ¶ Item p prec. ex geminata substātia nichil pfectū generat vt si dr sū ego/referando pnoia verbis substātiuis licz g° pnoia adquirūt sibi qualitatē p relationē et demōstrationē: cū non possūt apponere. g° p eandē rōnē nec possūt supponē p relationē et demōstrationē: sz ille ntūs qui in vbis intelligit eis supponit. g° et c. ¶ Itē sicut in vbis prime et scde psone itelligit ntūs diffinit⁹ sic in vbis tercie psone intelligit noīatiuus diffinit⁹ sicut g° se habet ver

ba tercie psone. ad vba prime psone et scde sic se habet ntūs intellect⁹ in vbis tercie psone ad ntm̄ intellectū in vbis tercie et scde psone: sꝫ vba prime psone scde et tercie solū differt accidēte essencialiť eni ponūtur sub vna pte orōnis: sꝫ ntūs intellect⁹ in vbis tcie est ntūs nois et nō pnois/g⁰ etc. ¶ Itē nō diceret ꝙ ntūs nois nō itelligit in vbis prime et scde psone nisi qꝛ modus significādi ipius pnois hꝫ repugnātiā cū modis ipi⁹ verbi prime et scde psone: sꝫ modo significādi nois nō repugnat ꝙ sit tcie psone: qꝛ p prec. in primo nomen cadit sub oīb⁹ differētiis psōe. ita aliquis potest esse loquēs de seipo vl' ad aliud vl' de alio noi. g⁰ nō repugnat ꝙ sit prime psone. ¶ Itē oīe nomē est tcie psone qꝛ iposicio noim est certa persona sic iposicio nois est in tercia: sed illud ꝙ est tcie persone nō potest supponere vbo prime et scde persone vt itelligit. et p ꝯseqns nullū pronomē in verbo prime et scde psone itelligit. ¶ Itē per prec. in fine primi ipe facio ipe facis et tn̄ hoc pronomē ipe est scde persone sicut et nomē. g⁰ non potest supponere vbis prime et scde persone vt videť et p consequēs in ipo potest intelligi. ¶ Item nō bene dr̄ ipse facio ipe facis. nisi qꝛ ly ipe euocatur ad primā personā intellectā in vbo: sed nomē tercie persone est apcius ad euocandū ꝙ̄ pronomē tercie persone: qꝛ illud ꝙ euocatur debet habere significatū finitū et personā finitā et nom significatū hꝫ finitū et pnomē aut ifinitū. ergo cōueniēcius diceret sortes facio. s. facis ꝙ ipe facio ipe facis cū ergo pnomē potest supponere verbis prime et scde psone per locū a maiori et illud nomē vt videť. et ita in verbis prime et scde persone potest itelligi noiatiu⁹ nois sicut et pronois. ¶ Ad oppositū ille

noīatiuus intelligit in verbis prime et scde psone quo
expresso redditur locutio cōgrua: sz expresso noīatiuo
pronoīs cū vbis prime et scde persone reddit locutio
ɔgrua et expresso noīatiuo nois non ergo etc. qz p pre-
cianū cōgrue dicit ego scribo. et incōgrue dr pcian9
scribo. ¶ Itē per prec. in verbis prime et secūde psone
intelligit noīatiuus diffinit9: sed ntūs diffinitus est q
habz personā diffinitā: sed talis est noīatiu9 pronoīs
et ntūs nois non: quia nomē hz personā ɔfusam et nō
finitā. g° noīatiuus pronoīs intelligit et nō noīatiu9
nois. ¶ Item sicut se habet ntūs tercie psone ad ver-
bū tercie persone sic se habz noīatiu9 prime et scde per
sone ad verbū prime vel secūde persone. g° permuta-
tū sicut se habz noīatiuus prime et scde persone ad ver
bum tercie persone sic se hz noīatiuus nois ad verbū
prime vł scde persone: sz noīatiuus prime persone vł
scde non supponit vbo tercie psone: qz incōgrue dicit
tu currit vel ego curris. ergo ntūs tercie persone non
supponit vbo prie psone: sz qlibz ntūs nois ē tcie psōe
g° null9 ntūs nois itelligit in vbis prie vł scde psone.
¶ Ad qstionē dicat q nec itelligit i vbis prie et scde p-
sōe ntūs nois nec pnois nec pticipii: sz qdā ntūs cois
ad oēs istos. sequit eni ntūs nois g° ntūs sz nō ecōtra
sic de aliis. g° ntūs de sua rōne nō detminat se ad ali-
quē ntm particulare. vñ illa duo nō repugnāt q aīal
sit genus. et q nullū animal sit genus qz nullū aīal p-
ticulare ē gen9: sz aīal in coī est genus. Eodem modo
non repugnat q null9 ntūs particularis intelligit et q
noīatiuus comunis itelligit huius ratio est: quia ver
bum dat itelligere ntm nō sub alio modo significandi
ipsius nomīs nec pronoīs nec pticipii: qz per modos

significādi specificos distinungꝛ ptes abinuicē.gͦ op poꝛtꝫ ꝙ det ītelligere ntm̄ sub alio modo pſe significandi:ſꝫ tal'moꝰ nō est nisi ntūs ꝯmunis/gͦ oppoꝛtꝫ ꝙ det ītelligere ntm̄ coīem. ❡ Sꝫ cōtra quicq̄d ꝯtingit intelligere ꝯtingit significare.si gͦ ꝯtingit ītelligē ntm̄ comunē ꝯtingit ip̄m significare:ſꝫ nō potest significare nisi cū aliquo ī oꝛōe ꝯstruaꝛ:ſꝫ illud ꝙ ꝯstruiꝛ cū aliqͦ ꝯtineꝛ sub aliqua pte oꝛonis.gͦ ille ntūs cū nō sit nois nec ꝓnois nec pticipiū eſſꝫ sub aliq̄ pte oꝛois.⁊ sic ēent nouē ptes oꝛonis. ❡ Itē dato ꝙ talis eſſꝫ ntūs comis sic ponit nō ē ad oppositū ꝙ duplex sit significatū qđ dā.qđ ꝯuenit supioꝛi nō ſcđꝫ ꝙ ē extraneitas int supiꝰ ⁊ inferius cuiꝰ est hoc ē pꝛimū currere. ⁊ si hoc pꝛimū ꝯueniat supioꝛi oppoꝛtꝫ ꝙ ꝯueniat alicui īferioꝛi.aliđ est pꝛimū ꝙ ꝯuenit supioꝛi ſcđꝫ ꝙ supius sic eē genꝰ cōuenit aīali ſcđꝫ ꝙ supius est.⁊ aīal p ꝯparationē ad tale.pꝛimū ē extraneū hoī ⁊ ꝓpt hoc tale pꝛimū cōuenit supioꝛi ⁊ nō inferioꝛi:ſꝫ eē intellectū in v̄bo ntūs ſcđꝫ ꝙ superiꝰ est:qꝛ dato ꝙ sic tūc expſſo ntō nois eſſet oꝛo incōgrua ſꝫ hoc ē incōueniēs. gͦ illđ pꝛimū nō ꝯuenit supioꝛi nō ſcđꝫ ꝙ supius est.si gͦ ntūs in coī intelligiꝛ oppoꝛtꝫ ꝙ aliq̄s ntūs pticularꝛ intelligaꝛ. ❡ Propꝛea dꝛ aliꝛ ꝙ ntūs nois ītelligiꝛ pꝛīcipaliꝛ in v̄bis pꝛime ⁊ ſcđe pſone.⁊ ī v̄bis tercie pſone/ſꝫ differꝛ:qꝛ ī v̄bis tercie pſone ītelligiꝛ pſe in v̄bis pꝛime ⁊ ſcđe pſone intelligiꝛ mediāte suo vicario.s.ntō ꝓnois.vn̄ sicut actio serui dn̄o pꝛīcipaliꝛ attribuiꝛ.similiꝛ ntūs nois pꝛīcipaliꝛ ītelligiꝛ in v̄bis licꝫ hoc sit mediāte suo vicario. scilꝫ ntō ꝓnois. ❡ Sꝫ ꝯtra si verbū dat ītelligere ntm̄ nois pꝛīcipaliꝛ.aut gͦ hoc ē rōe modi significādi aut rōne significati ſꝫ nō rōne significati:qꝛ tūc oēe ver-

bū datītelligere ntm̄ nois sīplicit᷑ nec rōe modi signi-
ficādi: qꝛ mod⁹ significādi sub ꝓprietate ꝑsonali p̄rie
ꝑsone vl̄ scđe repugnat modo significādi sub ꝓprieta-
te ꝑsonali tercie ꝑsone: sꝫ sub tali ꝓprietate significat
nōis ntūs. ntūs g⁹ verbū prime ⁊ scđe ꝑsone nō dat itel
ligere ntm̄ nois p̄ncipalit᷑. ¶ Dicendū ē alit᷑ ad q̄stio-
nē q̄ in v̄bis prime ⁊ scđe ꝑsone intelligit᷑ ntūs ꝓnois
cui⁹ rō est in oī ↄstructiōe suppositi cū apposito fit cō-
structio p̄ modos significādi ꝓporcōnabiles: sꝫ verbū
prime ⁊ scđe ꝑsōe ↄstruit᷑ cū ntō ī eo itellecto sic᷑ suppo
sitū cū apposito. g⁹ tal' ↄstructio fit p̄ modos significā
di ꝓporcōnabiles ita q̄ mod⁹ significādi p̄ mod̄ fieri ī
apposito corn̄dꝫ mod⁹ significādi p̄ modū hītus ī sup-
posito ⁊ modo significādi p̄ modū inherēt̄ ī apposito
corn̄dꝫ mo⁹ ꝑse stāt̄ in supposito ⁊ mo⁹ sub ꝓprietate
ꝑsonali prime vl̄ scđe ꝑsone in apposito corn̄dꝫ mod⁹
significādi sub proprietate ꝑsonali prime vl̄ scđe per-
sone ī supposito: sꝫ suppositū sub tli ꝓprietate designa
tū nō ē nisi ntūs ꝓnois. ⁊ ꝓp̄t hoc ntūs ꝓnois in v̄bis
prime ⁊ scđe ꝑsone itelligit᷑. ⁊ qꝛ eadē substātia signifi
cat᷑ p̄ nom̄ ⁊ ꝓnom̄ iō ntūs nois ex ↄseq̄nti in ip̄is itel
ligit᷑. ¶ Ad primū argumētū cū dr̄ ntūs ꝓnois ⁊c̄. di-
cēdū q̄ verū ē ⁊ cū dr̄ verbū nō dat itelligere modū spe
cificū ꝓnois. dicēdū q̄ falsū est: qꝛ v̄bū prime ⁊ scđe ꝑ-
sone dat itelligere ntm̄ sub ꝓprietate ꝑsonali prime ⁊
scđe ꝑsone: sꝫ ntūs sub tli ꝓprietate designat⁹ nō ē ni-
si ntūs nois. ⁊ ntūs ꝓnois nō ē sine modo significādi
specifico ꝓnois. ⁊ iō licꝫ v̄ba prime ⁊ scđe ꝑsone p̄nci
palit᷑ nō dat itelligē modū specificū pronois ex ↄseq̄n-
ti: tn̄ ip̄m dat itelligē. ¶ Ad aliud dicendū ē. q̄ duplex
est ntūs. s. voc̄ q̄ ↄponit᷑ ex voce significāte ⁊ re signi-

Rn̄io ꝓpria ad q̄stionē.

ficata per modos significādi ipsius pronois ⁊ talis no
minatiuꝰ nō itelligebaꝉ ante iuencionē ꝓnois in ver
bo. alius est ntūs rei qui ē quidē ɔceptꝰ mēt' sub deter-
minato modo intelligēdi a quo accipiꝉ modus signifi
candi ipsius ꝓnois ⁊ talis ntūs intelligebaꝉ in verbis
prime ⁊ scde ꝑsone ante inuētionē ꝓnois. ¶ Ad aliud
dicendū ē. qꝫ eadē substātia significaꝉ ꝑ nomē ⁊ ꝓno-
men sꝫ diuersimode: qꝛ per nomē significaꝉ vt qualifi
cata est ꝑ pronomē aūt vt nō. ⁊ propꝉ hoc cū dꝉ qꝫ agere
vel pati est propriū substātie. a qua ē nois īposicio nō
excludiꝉ pronomē cū eandē substātiā significat. ¶ Ad
aliud dꝉ qꝫ verū est. qꝫ a substātia mera nō potest actus
egredi: qꝛ nichil opaꝉ nisi per qualitatē inclinātē ipm
ad opus: sꝫ cū ꝓnomē eandē substātiā significat quā
significat nomē: sꝫ nomē significat substātiā qualifi-
catā qꝛ substātia nois ē qualitata. vñ illud qꝫ dꝉ qꝫ ꝓ-
nomē significat substātiā merā referandū est ad mo-
dū significādi sꝫ nō ad significatū. vñ pronomē nō sup
ponit mediāte relatōe ⁊ demōstratōe qꝛ pronomē sup
ponit añꝙ aliqd refert vł demōstrat: qꝛ qualitas ē cau
sa demōstratōis ⁊ nō ecōuerso. vñ qꝛ aliqd ē quale ideo
demōstraꝉ. ⁊ nō qꝛ demōstreꝉ est quale similiꝉ qꝛ aliqd
est sēsibile sentiꝉ. ⁊ nō qꝛ sentiꝉ est sēsibile ꝓpꝉ istas rō
nes dꝉ qꝫ pronomē nō supponit ꝑ qualitē adqsitā me-
diāte relatiōe ⁊ demōstratōe. vñ argumēta hic probā
cia sūt ɔcedēda ꝙuis de necessitate nō ɔcludant. ¶ Ad
aliud dicendū est. qꝫ nō est simile de ntīs intellectis in
ṽbis prīe ⁊ scde ꝑsone ⁊ tcie. ⁊ de ṽbis differētibꝰ ꝑ per
sonas qꝛ drña ṽbor ꝑ ꝑsonas non est drña specifica
sꝫ drña accidētal' ꝓpꝉea illa ṽba nō distinguntꝉ penes
spēm ptꝫ: sꝫ nti itellecti i ṽbis prīe ⁊ scde ꝑsone et nti

itellecti in v̄bis t̄cie p̄sone distinguūt eēncialit̄. ¶ Alit̄
dicat̄ q̄ nt̄i itellecti i v̄bis p̄rie ꝛ scd̄e p̄sōe distinguūt a
ntis in v̄bis t̄cie p̄sone: qꝛ v̄ba nō dāt itellige rōe mo-
di significādi accidētal'. ꝛ qꝛ ct̄is mo⁹ significādi i ver-
bis p̄rie ꝛ scd̄e p̄sōe ē diuers⁹ a mō significādi v̄bi t̄cie
p̄sōe iō nt̄i in ipis itellecti ēēt diuersi ꝛ distīcti. ¶ Ad a
liud argumētū dicēdū ē. q̄ illd̄ argumētū ipedit seip̄z
qꝛ ex hoc q̄ nom̄ ē ꝯfusū ad oēs p̄sōas arguit p̄c. nom̄
eē t̄cie p̄sōe: qꝛ ꝯfusio ē cā t̄cie p̄sōe q̄ de se ifinita est vn̄
argumētū ꝯcludit oppositū. ¶ Ad aliud dicēdū ē. q̄ ꝓ
pter hoc n̄ dr̄ aliq̄d eē t̄cie p̄sōe qꝛ iponit̄ sub t̄cia p̄sōa
lite: s; qꝛ rō t̄cie p̄sōe i p̄ricipio aduenit vl' ꝯpetit q̄ q̄dē
rō est: qꝛ illd̄ poss; eē idē de quo fit sermo iter p̄mā ꝛ
scd̄a; p̄sonā: s; illa nō ꝯpetit cuilibet ꝓnoi ꝛ ꝓpt̄ hoc
aliq̄d ꝓnom̄ nō ē tercie p̄sōe. ¶ Ad aliud dicendū est
q̄ bn̄ dr̄ ip̄e facio ip̄e fac; : qꝛ ip̄e euocatur a t̄cia p̄sona
ad p̄mā p̄sonā itellectā i v̄bo vnomō scd̄; q̄ vult ex-
positoꝛ hoc ꝓnom̄ ip̄e p̄t euocari ad p̄mā p̄sonā vel
scd̄a; mag' q̄ nomē vl' aliq̄d ꝓnom̄ t̄cie p̄sōe: qꝛ nat̄a
t̄cie p̄sōe est maxīe ꝯfusa i hoc ꝓnoie ip̄e ꝛ ꝓpt̄ s̄itudi-
nē q̄ h; ad alias p̄sonas potest euocari s̄n adiutorio ꝓ
nois exp̄ssi dūmō itelligit̄ s; nec nomē nec aliq̄d aliud
t̄cie p̄sōe h; naturā s̄ilitatis ad alias p̄sonas. ꝛ ꝓpt̄ea
nō p̄t euocari sine ꝓnoie exp̄sso nisi forte hoc sit scd̄m
maiorē icōgruitatē vl' i ꝓprietatē ꝛ ꝓpt̄ea dicit p̄c. q̄
bn̄ dr̄ ip̄e facio ip̄e fac; : s; nō bn̄ dr̄ ille facio ille fac; s̄n
ꝓnoie exp̄sso per hoc apparet ad vltimū argumētū.

Primū ar-
gumētū. A

QUeritur vtrū nomē adiectiuū possit
supponere vt sic dicendo albus currit. Et vi
det̄ q̄ sic: qꝛ nomē ꝛ verbū distinguūtur penes suos mo
dos significādi s; verbum vt verbū potest apponere

cum significet p modū adiacentis ꝫ fluxus. ergo nom̄ vt nomē potest supponē. cū gº nom̄ adiectiuū sit nom̄

Scd'z argumētum B. potest supponē ꝟbo. ¶ Itē illud potest supponē qꝫ significat substāciā a qua act' potest egredi: ſꝫ nom̄ adiectiuū significat talem substāciā: qꝛ significat substanciā q̄litatē cū sit nomē/ gº ꝫc.

Terciū argumētū C. ¶ Itē mod' naturalr̄ exigit duos t̄minos. s. terminū ad quē et terminū a quo: sed nomē adiectiuū potest terminare fluxū verbi apte post. ꝫ ita potest eē in rōne t̄mini ad quē. gº eadē rōne potest esse i rōne termini a quo. Et qꝫ sic arguit̄ ad qd̄ cūqꝫ potest mod' t̄minari ab eodē potest modus īchoari: ſꝫ ad nom̄ adiectiuū potest mod' inchoari t̄minari. sic dicēdo hō est albus gº ab eodē potest mod' inchoari. ꝫ p ꝯseq̄ns potest termīari ꝫ supponē. Et ꝯfirmat̄ rō logice ꝫ dꝛ hō est alb'. albus p̄dicat̄ ſꝫ illa ꝓposicō potest ꝯsequēti: ſꝫ q̄n ꝯuertit̄ alb' sic supponit. gº ꝫc.

Quartū argumētū ¶ Item albus aut supponit aut nō si supponit habeo ꝓpositū. si nō gº hec ē vera albus nō supponit ſꝫ hic supponit. gº supponit ꝫ ꝯfirmat̄ a quo nō negat̄ supposito nisi ip̄m supponēdo ip̄m potest supponē. Sed a noīe adiectiō nō negat̄ suppositō nisi ip̄m supponēdo gº ꝫc. ꝫ similit̄ hec ē ꝯgrua alb' supponit vl̄ nō supponit: ſꝫ ꝯgruitas causat̄ ex corr̄ndencia modoꝝ significādi suppositi cū apposito. gº in ista oꝛone ē tal' corr̄ndencia: ſꝫ hic nō est aliud suppositū q̄ albus. gº albus supponit.

Quintū argumētū E. ¶ Item hec est ꝯgrua legens ꝓficio. gº hic legens supponit sed legens est adiectiuū/ gº ꝫc.

Sextū. F ¶ Item verbū significat p modū fluxus et fieri cui ꝓporcionat̄ nom̄ p modū h̄itus ꝫ quiet'ꝫ: ſꝫ verbū vt verbū nō significat p modū dependēt'ꝫ verbo qꝛ aliqd̄ ē verbū qꝫ significat substātiā vni' cuiusqꝫ p ꝓꝛē. qd̄ nō depēdet

ad aliud sicut verba substatiua. g° tali verbo modus habitus & quiet; est sufficiens principiũ ad determinãdũ eius fluxũ & fieri cũ g° nomen adiectiuũ significat per modũ habit⁹ & quiet; cũ sit nomẽ potest esse principiũ sufficiens fluxus ipsius vbi. ¶ Item qñ vno itellecto intelligit̃ aliud rõ que ꝯuenit vni ꝯuenit alteri sicut apparet de aiali & hoie: sꝫ nomẽ adiectiuũ dat itelligere nomẽ substantiuũ ꝓpter suã depẽdenciã vt videtur sicut vnũ relatiuoꝝ dat itelligere reliquũ. g° racio que cõuenit substãtiuo ꝯuenit adiectiuo sꝫ pse supponere ꝯuenit substãtiuo. g° pse supponẽ cõuenit adiectiuo. ¶ Ad oppositũ qd debet eẽ suppositũ opportꝫ ꝙ sit fixũ & pse stans q2 actus nõ egredit̃ a mobili: qa sic motus esset mot⁹ ꝙ ẽ cõtra aristotelẽ sed nomẽ adiectiuũ est dependẽs & nõ pse stans. g° &c̃. ¶ Itm̃ sicut se hꝫ substãtiuũ ad supponendũ ita se hꝫ adiectiuũ ad apponẽdũ g° ꝑmutari sicut se habꝫ substãtiuũ ad apponendũ sic se hꝫ adiectiuũ ad supponẽdũ: sꝫ substantiuũ nõ potest pse apponere g° adiectiuũ nõ potest pse supponere. ¶ Itẽ nom substantiuũ & adiectiũ sũt species nois distincte g° qd pse ꝯuenit vni repugnat alteri sicut qd pse cõuenit hoi repugnat asino: sꝫ pse supponẽ ꝯuenit substãtiuo g° repugnat adiectiuo. ¶ Ad questionẽ dicendũ est. ꝙ adiectiuũ potest supponẽ cõgrue sꝫ nõ perfecte. vñ hec ẽ ꝯgrua albus currit sꝫ nõ ꝑfecta ꝙ sit ꝯgrua. ꝓbatur q2 ad ꝯgruitatẽ oronis tria requirũtur ꝙ casus rect⁹ corñdet verbo finito & numerus nũero & ꝑsona ꝑsone: sꝫ illa tria ꝯtingit īueniri ī ita orone albus currit. g° hec ẽ ꝯgrua sꝫ ꝙ est imperfecta ꝓbatur q2 ꝑfectũ est illud ꝙ ꝓpria virtute attin-

Septimũ

Ad opposi.

Scdm

Tercium

Rño

